

Laudum Comitiorum Thorumensium
in duas tantum modo septimanas indictorum
Anni Mill^{mi} Sexcent^{mi} Vigesimi sexti.

IN NOMINE DOMINI ALEX

Sigismundus III D. G. Rex Polonia, Magnus Dux Lithuania &c.

Universis ac singulis quorum interest, Significamus Quod cum ob ur-
gentes necessitates et pericula Reipublicae hoc tempore ab Ethnicis et
Gustavo, ac ab omni parte imminencia, non expectato tempore in Jure
definito, Comitia generalia Thorum indixerimus, in hisdem Constitu-
tiones subsequentes ab omnibus Ordinibus unanimiter laudatas et
modo infra scripto conclusas esse.

Expeditio Generalis.

Cum diversa hoc tempore necessitates Reipubl. afficiant, ac cum Ethnicis
incertam amicitiam habentes, de occultis machinationibus investigationibus in
his Principibus Turcarum ac Tartarorum quotidie nunciis ad nos perferantur,
Ideo si Vim aliquam Domini nris imminere contingat, in eum casum
Expeditionem generalem decernimus, qua in nro debet esse arbitrio, ita
ut oēs Palatinatus Regni, ad evocationem nram, sine divisione belli, secun-
dum veteres Constitutiones et antiquas leges ad nos in locum designa-
tum convenire ac sese sistere obstricti esse debeant. Quam in rem uncas
litteras restitum, vice dinorum, nobis emittere liberum erit: Quod tamen
ad futura tantum modo Comitia robur obtinere debet. Ducatui autem
Mazovia peculiarem modum et rationem Suius Expeditionis intrare ac
constituere integrum erit.

Miles Quartanus.

Quandoquidem de Quartā, nec non de Milite ex his relictibus alendo

ita Jure publico prospectum ac definitum, ut contra quas cumq; Gothorum incursio-
nes, in finibus Regni presidium continuum praesto semper habeatur, Ideo pro-
sentis Constitutione et Lege cavemus, Ne in ullum alium, Jure publico non defi-
nitum unum pecuniae se conferantur; Et ut novus miles, in locum abducti,
quamprimum conscribatur, nisi cum supplemento Anni 1624. Cui et Cosaci
Saporvii, vigore Ordinationis Commissariorum nostrorum, pro defensione
regionum istarum, adungi debent.

De Com meatu Exercitus Pruthonico ~~operando~~.

Cum Republ. et Exercituum nostrum plurimum intersit, ut com meatu neces-
sario militi in Prussia prospiciatur, primum ad modum et rationem procurandi
eiusdem inquirendam constituendamq; Nossum Christophorum Ossolinsky
a Tszbyn Succameranum Sandomiriensem deputamus, qui pecuniam ex
Erario Regni acceptam, ubi locorum ipsi commodissimum videbitur com mea-
tum accipiet, et ad Exercitum transmittet, militiq; vigore taxae seu esti-
mationis constituta, dividet; Ad quam estimationem seu taxam facien-
dam, Mag^o Dno Palatino Sandomiriensi, Exercituum Regni Generali-
binos ex Senatu, Mag^{os} Mazovia et Cracoviensem Palatinos; bivarosidem
ex Annicijs Terrestribus, Nossum Paulum Marbocky, Capiteum Wischovien.
et Stanislaum Kobierzyczy, adiungimus, qui pretia rerum, quanti miles
quidvis solvere debeat, constituent. Hac tamen ratione ne ulli rem suam ven-
dendi necessitas imperatua aut ad id adigatur, si nihil ipsum alias ad ven-
dum permoveat; similiter nec ad subreptiones pro deferendo com meatu
praestandas.

Cum licentia et petulantia hominum, quo diutius eo perniciosius creascit
et vires acquirat, et iam nunc quoq; ad nos deferatur, ad limites Silesiae
alijsq; plurimis in locis tam Regni quam Mag^o Duc. Lithuania multi,

tudines hominum licentiosorum sese coniunxisse, qui damna ac vim domibus
Nobilium in bonis nr̄is Regalibus et Ecclesiasticis inferunt; Itaque itaq̄ licen-
tie obviando omnia jura et Constitutiones, in huius ^{modi} insolentes ac molesti,
entes sanctas, reassumimus, ac ut hi quibus id Jure publico iniunctum, se-
cundum Constitutionem Anni 1609. et oēs alias subsequentes, exe-
cutionem faciant sub poena de negligentibus Capn̄is et Officialibus.
Quae Constitutio et à Magno Ducatu Litvanie recepta est.

Deputati ad inquirendam novorum
subsidiarum rationem.

Cum ob crebra Reipubl. imminencia pericula, ac tempora quò longiora eò
deteriora ac difficiliora, maior rerum omnium caritas orta sit exindeq̄
stipendia militum augeri necesse fuerit, bellicusq̄ apparatus longè ma-
iori impensa q̄ de hac comparandus sit, ita ut consveta illa Contri-
butionum subsidia minime iam sufficiant, maxime cum nec aequaliter
ab omnibus eadem solvantur; Necessario itaq̄ à nobis ac tota Reipubl.
nr̄a deliberatio suscipienda fuit, quam et r̄acōe, ultra vetera illa
Contributionum consveta subsidia (quae pauperem plebem omnium
maxime aggravant) novi quidam modi reperiri possint, quibus equa-
liter ab omnibus Reipubl. juvari necessitatibusq̄ eiusdem subve-
niri possit, si quidem oēs aequaliter de bono publico participant.
Unanimi itaq̄ omnium Ordinum utriusq̄ gentis consensu certos
deputatos tam ex Senatu q̄ et Equestri Ordine designamus,
qui pro die 15 Martij Anni 1627. Warsavia, ante particula-
rem Conventum, proximè futura Comitia processurum conveniant,
ibidemq̄ consilijs communicatis unanimi consensu, de novis modis
subsidiarum Reipubl. conferant constituentq̄, ac id ipsum refer

earumdem, cum bene de nobis monitarum, condignam rationem habeat in omnibus:
Cumq; per temporis angustiam earum postulationes ipsarum nonnullis satisfieri ad
presens non poterint, ideo in futuris, Deo dante Comitibus clementer eas audiemus
et iurata quae super immunitate à teloneo Düborenſi se habere asserunt, inspi-
ciemus causamq; decidemus.

Martinus Zegocky Iudex Terrestis Wschorien.
Marescallus Nunciorum Terrestrium.



